Universitätsbibliothek Paderborn

Appellatio Per Reverendissimvm Dominvm Archiepiscopvm Colonien. interposita in negotio Religionis

Hermann <V., Köln, Erzbischof>

[Köln], [1545]

VD16 K 1730

[notarielle Beglaubigung]

urn:nbn:de:hbz:466:1-35032

Visual Library

ET EGO IOANNES RVTGERI DE ARVVIELER CLERICVS Colonienſis publicus ſacra Imperiali auctoritate Notarius, & ſecularis iudicij Bonnenſis Secretarius, Quia prædictæ appellationi & apoſtolorum reſponſioni, omnibusq; alijs & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur, fierent & agerentur, unà cū teſtibus prænominatis interfui, eaq; omnia & ſingula ſic fieri uidi & audiui, Ideo hoc præſens publicum inſtrumentum in octo folijs præcedentibus, manu alterius, me interim aliunde legitimè præpedito, fideliter conſcriptum exinde confeci, ſubſcripſi, publicaui & in hanc publicam formam redegi, ſignoq; nomine & cognomine ſolitis & conſuetis ſignaui, in fidem & teſtimonium omniū & ſingulorum præmiſſorum rogatus pariter & requiſitus.

Anno Milleſimo quingenteſimo quadrageſimoquinto, die quidem Sabbati undecima menſis Iulij eſt præſcripta appellatio in octo folijs præcedentibus fideliter conſcripta, & per Notarium publicum ſubſcripta, dominis de Capitulo maioris Eccleſiæ Colonien. cæterisq; in eadem expreſsis inſinuata per me Notarium publicum infra ſcriptum, præſentibus ualido & diſcretis uiris, Caſparo à Neſſenn & Ioanne Aruuieler, Secretarijs Reuerendiſsimi domini noſtri Colonien. Archiepiſcopi, &c. teſtibus ad præmiſſa requiſitis ſpecialiter atque uocatis.

Ioannes Briell ſacra Imperiali auctoritate Notarius publicus, ad præmiſſa ſpecialiter requiſitus inſinuauit, & manu propria ſubſcripſit.